



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 155. Variæ opiniones de illius origine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. vestigandi copiam nanciscitur. Ipsi quæ
A. C. 1440. que Verbi divini Präecones fidei veritas,
 quas prius sedula lectione prægrediuntur, facilius fidelium mentibus inspirantur.
 Si nil nisi manuscriptos haberemus Codices, cum hi non minus rari, quam prætiosi sint, Viri duntaxat literati, aut non nisi certæ cujusdam conditionis homines studiis sese adjicerent, nec forte in scientiis eminere possent, nisi qui divitius abundarent. Olim pauci admodum in fontibus doctrinam hauriebant, cum non nisi paucissimi ad eos accedendi opportunitate fruerentur; Nunc vero nobilissimi hujus inventi auxilio cunctis, & ubique obvii prostant libri, nec indoctus est, nisi qui propriæ voluntatis culpa ignorare desiderat. Igitur Typographiæ ars summo nobis pretio habenda, & insuperhabito illius abusu a nonnullis perperam industo, pro tanta gratia hominibus divinitus misericordia immortales rependere grates tenemur.

§. CLV.

Variæ opiniones de illius Origine.

Paul. Jov. **H**ujus tamen inventi Epochæ nimium incerta est, si que diversas omnium, qui hac super re ingenia sua exercuerunt, sententias adoptare vacaret, nihilo tamen fecius, nec Patriam, nec locum, nec hujus inventi utilitate, ac nobilitate longe

præ-

Ipsi quae
ei verba
præguli
inspirat
us Cod
iam pra
aut no
is hom
forte in
i divitius
odum in
um non
opportu
bilibissimi
ubique
est, nisi
rare de
summo
rhabito
nducto,
tus mis
enemur.

præ
agine.
nium
nnium,
uerunt,
o tamen
nec hu
e longe
præ

præstantissimi Auctorem designare posse- Sæcul. XV.
mus. Nonnullorum opinio est, hanc ar- A C 1440.
tem ab immemoriali tempore apud Si-
nenses, sive Chinenses invaluisse, ac illius
rude lineamentum ex hisce terris ad nos
usque fuisse delatum; alii econtra cen-
sent, eam in Mexico primam suam origi-
nem fortitam a Ferdinando Cortesio, qui
hoc Regnum Hispanorum imperio subje-
cit, ad nostras terras feliciter translatam
fuisse: Ita nempe Scriptores isti invidioso
calamo nobis hujus inventi gloriam eri-
pere moliuntur. Nihilominus longe ve-
ro similius est, hunc honorem solis debe-
ri Germanis, quorum ingeniis, atque in-
dustriæ tot aliarum artium inventa in ac-
ceptis referre tenemur. Hi ceterorum
primi fuere, qui characteres ea arte fun-
dere excogitarunt, ut infinitis propemo-
dum modis combinari, atque ex illis ver-
ba ad concinnandum aliquem librum ne-
cessaria efformari queant. Hollandi, qui
de gloria adinventæ typographiæ cum
Germanis contendere volebant, nil nisi
quosdam codices, in quibus tamen tem-
pus editionis desiderabatur, opponere po-
terant, proin admodum incerta erat ori-
go, & præterea ad Sinensium formam
conscripti visabantur, ubi tota unius pagi-
næ scriptura ligneæ cuidam tabulæ in-
sculpta habebatur, totque diversæ ejus-
modi requirebantur tabulæ, quot pagi-
nas

Secul. XV. nas liber aliquis completeretur. **H**oc
A. C. 1440. modo impressi reperiuntur nonnulli Cod-
 ces, quos a Laurentio Janssonio Viro magis
 noto sub nomine Joannis Cofteri, Has-
 lemi typis excusos fuisse, nonnulli anti-
 trantur. Verum partus iste non minus
 inventionis immaturitate, quam operi
 exequendi difficultate languebat. Tri-
 themius & ipse Natione Germanus, atque
 coevus Auctor, cuius testimonium eo ipso
 ex capite longe graviore auctoritatis pon-
 dere prævalere debet, testatum fecit, Jo-
 annem Guttembergum Virum inter Mo-
 guntinos equestri dignitate clarum in ea
 civitate prima insignis artis hujus radi-
 menta excogitasse, eumque, postquam in
 hanc rem omnem suam pecuniam, & bo-
 na impendisset, nec tamen quod incœ-
 perat, perfecisset, in laboris confortium
 Joannem Fustum, seu Faustum Mogundi-
 num civem vocasse. Hic vero paulopost
 sibi quoque Petrum de Gernsheim socium
 adjunxit, eique Filiam suam postmodum
 nuptui tradidit, ubi per hujus Viri inde-
 fessam industriam ars Typographica pri-
 main suam maturitatem asecuta videtur.

§. CLVI.

Quinam sint primi libri typis impressi.

Lambecii
Bibl. Vind.
t. 2. p. 989.

In tanta rerum incertitudine hoc solum
 exploratum est, primum omnium, quo-
 rum